



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 93. Franciscus Sfortia a Cæsare Mediolanensi Ducatui suo restitutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. XCHI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1529

Franciscus Sfortia a Cæsare Medio-
lanensi Ducatui suo restitutus.

Imperator Sfortiam per aliqua tempo-
ris momenta genuflexum exceptit,
Guicci. l. 19. postea vero surgere jussum præsentibus
Paul. Jov. Venetorum Legatis benignis hisce ver-
lib. 26. bis allocutus est: „ Evidem tua in me
Ant. Vera l. cit. p. 177. „ infidelitas permolepta mihi accidit,
Sleidan. l. 6 „ nec ultioris media mihi deessent, si
p. 202. „ eo devenire vellem; Mediolanensem
„ enim Ducatum jure retinere possem,
„ eo solo nomine, quod beneficiariam
„ illius possessionem edito diplomate a
„ Maximiliano Avo meo receperim;
„ præterea si belli juribus insistere vo-
„ luisssem, certo nomine Ducatum mi-
„ hi vendicare potuisssem. Nihilomi-
„ nus te in pristinum dominium repo-
„ nere statui non modo, ut Sanctitatis
„ suæ precibus, & Reipublicæ votis ce-
„ dam, a quibus universalem pacem
„ reducere rogatus sum, sed etiam ut
„ innatae indoli meæ obsequar, qua li-
„ bentius propria amittere, quam aliena
„ eripuisse, saltem suspicandi ansam
„ dare volo. „ Tanto itaque magnanimitatis ac justitiae studio incitatus
Imperator Sfortiæ Mediolanensem Du-
catum restituit, simulque Cæsareum in-
augurationis diploma concessit, ea le-
ge,

ge, ut in pecunia numerata centies mille aureos Imperatori penderet, & A.C. 1529. Sæcul. XVI.
præter quingenta millia intra decem annos per totidem solutiones numeranda insuper Christinam Neptin suam, ac Regis Daniæ filiam uxorem duceret.

§. XCIV.

De Ferrariæ Ducis negotio.

Sub idem tempus Ferrariæ Dux Cæsar rem rogabat, ut controversiæ, quam hic Dux cum Papa habebat, arbiter ac judex esse velit. Placuit Cæsari Ducis consilium, ipse etiam Clemens Papa caußæ suæ haud melius consultum iri arbitrabatur, quam si Cæsaris decisioni sese submitteret, eo potissimum nomine, quia Carolus ex Barcinonehsis fœderis legibus sese obstrinxerat, quod operam suam impendere velit, ut Mutinam ac Reggium recuperaret, nec non Ferrariensis Ducatus possessionem acciperet.

Ceterum magis pertinaces erant Florentini; hi enim cunctas concordiæ leges cum Papa ineundas respuebant, nisi saltem eisdem libertatis suæ, quam ad ultimam usque sanguinis guttam tueri statuebant, conservatio promitteretur. Hanc in rem offerebant ingentem auri vim: cum autem conditiones, quas Papa proponebat, eis minus arriderent, re infecta discedebant.

Q o 2

§. XCV.